

*Tufici in Umbria (Fabriano) rep., duo tituli fortasse olim in eodem lapide perscripti (Orelli-Henzen 3436. 7470 hunc videt Henzen).* — 1) Intellege centurionatum. *Cornicularii praefectorum praetorio saepius ad centurionatus legionarios promoti sunt (N. 2652. 2743. 2775 C. XI 5108), hic non sine causa videtur gloriatus esse, primum se ex corniculario praefecti vigilum centurionem factum esse (cf. Cauer eph. ep. 4 p. 473).* — 2) *Alexandriae tendebat legio secunda Traiana.* — 3) *A. 441.* — 4) *Scri. silice.* — 5) *Dicere voluerunt, Aetrium Ferocem ita petitioni suae institisse, ut ius vectigalis exigendi mature impetraretur. Simile vectigal ab eodem imperatore Antonino Pio impetraverunt Milevitani in Numidia, testibus titulis VIII 10257. 10258: ex auctoritate imp. Caes. T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii p. p. via a Milevitaniis munita ex indulgentia eius de vectigali rotari. Cf. etiam X 693.* — 6) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 1010 not. 4.*

**2666<sup>b</sup>** d. m. | L. Val. L. f. Proclus | mil. leg. V M., B lega.<sup>1</sup>, | opt. ad spe ordin.<sup>2</sup>, | γ leg. eiusd., d. tor. ar. | pha[le]r. bel. Dac., γ leg. I | Ital., γ leg. XI Cl., γ leg. | XX V. v., γ leg. VIII Hisp., | mis. h. mis., vix. an. LXXV, | h. s. e.

*In Bulgaria loco dicto Nedan (H. et K. Skorpil arch. ep. Mitth. aus Oester. 15, 1892 p. 209).* — 1) *Beneficiarius legati.* — 2) *Alius optio ad spem ordinis est supra N. 2441.* — 3) *Donatus torquibus armillis.* — 4) *phar. traditur.*

**2667** M. Tillio M. f. | Ter. Rufo γ leg. | XX Val. Vict., ex CCC | coh. IIII pr. p. v., principi castror.<sup>1</sup>, eq. p. | exor. et donis do[nato ab impp. Seve|ro et Antonino Augg. | hasta pura corona aurea, γ coh. XII urb. et I vi[g.], | evoc. Augg. divisor. M. Anto'nini et Commodo, patrono | municipi, liberti. L. d. d. d. (*In latere*) dedicavit ipse | X kal. Iun. | imp. Antonino III cos.<sup>2</sup>, | et dedit sportulas | dec. HS XII n., plebei | urb. HS VI n.<sup>3</sup>

*Atinae in Campania (X 5064 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII).* — 1) *De trecentariis cf. N. 2647, de principatu castrorum Mommsen eph. ep. 4 p. 241.* — 2) *A. 208.* — 3) *Decurionibus sestertios duodenos nummos, plebei urbanae sestertios senos nummos.*

**2668** d. m. | Iul. Crescens ex | leg. VII Cl., ordinatus γ in leg. IIII Scyt., | vixit ann. XLIII, | filii et heredes eius | posuerunt.

*Romae (VI 5603 videt Henzen; cf. Huelner ex. scr. ep. 494).*

**2669** L. Pullio Peregrino γ legion. | deputato<sup>1</sup>, qui vix. ann. XXVIII | mens. III die I hor. IS<sup>2</sup>, | eq. R.

*Romae (VI 5558 vidi in museo Torloniae).* — 1) *Centuriones deputatos Henzen et Mommsen dici putant centuriones propter legionum negotia missos ad imperatorem (Mo. eph. 4 p. 240 et ad III S. 7526; mentionibus horum centurionum, collectis a Mommseno eph. l. c., addendi sunt tituli III S. 7526 et urbanus editus Bull. com. 1885 p. 217, positus virginis Vestali a duobus centurionibus deputatis).* — 2) *Hora una semis.*

**2670** d. m. s. | Val. Longinianus | vixit annos XLV, | militavit optio leg. | XI Clau. ann. XV, centurio | ordin.<sup>1</sup> ann. VI, natus in Mensia<sup>2</sup> | infer. castell. Abritanor.<sup>3</sup>

*Aquileiae rep. (V 942 cf. Pais 75 qui videt).* — 1) *Alius centurio ordinarius est supra N. 2408; cf. etiam N. 2553.* — 2) *Sic videtur esse legendum;*